Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36561
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



postulauit. si forte illius dñi hoc dignaretur accipere. et hunc concederet adpatria remeare. Cui uir dei magnope petenti femine quid dari potuisset inquirens. nihil apud se aliud in se inuenit. Petenti quoque femine respondit dicens. Mulier quid possim dare non habeo. si memetipsum tolle. et me seruum uiri tui pfitere. atque ut filium tuum recipias me uice illius in seruitium trade. Qd illa ex ore uiri tanti audiens. irrisione potius credidit quam compassione. Et ille ut erat uir eloquentissimus. atque adprime exterioribus quoque studiis eruditus. dubitanti femine eiusque persuasit ut audita crederet. et preceptione filii sui se in seruitium epm non dubitaret tradere. Pereuntque utique ad affricam. Recedente autem regis genero qui ei filium habebat uidua rogatura se obtulit. ac pius petit ut eum donari uoluisset. Qd cum uir barbarus typo superbie turgidus. gaudio transitorie prosperitatis inflatus. non solum facere si etiam audire despiceret. uidua subiunxit dicens. Ecce hunc hominem uicarium peo tibi trado. et solum pietatem in me exibe mihique filium unicum redde. Cumque ille uenustum hominem multum conspexisset. quam arte nouisset. inquisiuit. Cui uir dei paulin respondit dicens. Arte quidem aliam nescio. si hortum bene excolere scio. Qd uir gentilis libenter audiens. cum in nutriendis holeribus quia peritus esset audiuit. Susceptum itaque seruum. et roganti uidue reddidit filium. Quo accepto. uidua ab affrice regione discessit. paulin hortum excolendum suscepit curam.